

ŠKOFIJSKI LIST

60.

Papež Benedikt XV. o vzhodni cerkvi.

A. A. S. XI, 1919, str. 97—101.

Pri tajnem konzistoriju, ki se je vršil dne 10. marca 1919, je imel papež Benedikt XV. naslednji nagovor o zadevah vzhodne cerkve:

Venerabiles Fratres!

Antequam Ordinem suppleamus Episcoporum, quae potissimum causa est cur vos hodierno die convocavimus, placet vos alloqui, ut de Orientis christiani rebus Nostras pro apostolico officio curas cogitationesque vobiscum communicemus. — Orientalem quidem Ecclesiam peculiari quodam studio semper prosecuti sunt Romani Pontifices; qui cum, universitatem dominici gregis gubernantes, particularium Ecclesiarum saluti et incremento consulerent, par erat et consentaneum ut singulariter Ecclesiam foverent regionis eius quam consummata ibidem humani generis redemptio nobilitasset, et in qua ab ipsis christianae rei primordiis iniecta apostolatus et martyrii semina praeclarissimos sanctioniae sapientiaeque fructus genuissent. Etenim dum sancte in unitate permansit, mirifice ea floruit Ecclesia, cum huic Apostolicae Sedi eximios Pontifices daret, cumque illa ingenii, virtutis et doctrinae lumina Basilius, Athanasius, uterque Gregorius et Chrysostomus christianum orbem illustrarent. Quae vetustatis decora Nostri decessores numquam negligere visi sunt; nec solum orientalium mores et instituta, seorsum a latinis, conservanda, sed etiam eorum ritus, nobiles certe ac splendidos, incorrupte et integre retinendos curarunt, quo scilicet Sponsa Christi »in vestitu deaurato circumdata varietate« suam melius pulcritudinem ostenderet. Quos ritus in hac ipsa Urbe, iussu nimirum et auctoritate Sedis Apostolicae, celebrari consuevisse, notum est, itemque sanctos Orientis Pontifices et Doctores in Calendarium Ecclesiae Romanae esse relatos, eorumque homiliis latinam ornatam litur-

giam. Ceterum exstant pontificiae providentiae documenta non pauca vel ad prosperitatem Orientalis Ecclesiae variis modis promovendam, vel ad illas christianorum sedes tutandas quae tam crebris hostium incursionibus paterent. Nec sane hic attinet commemorare magna et paterna hortamenta Decessorum ad Ecclesias dissidentes, ut ad hoc unitatis vitaeque centrum, unde misere secesserant, reditum maturarent, et vetera illa obsequii et obedientiae in hanc beati Petri Cathedram officia repeterent, cuius quidem Graeci Patres in Conciliis oecumenicis Ephesino et Chalcedonensi exempla dederant luculentissima.

Nos vero, ad gubernacula huius Ecclesiae Romanae quae »radix et matrix est Ecclesiae Catholicae« ut, inscrutabili Dei consilio, collocati sumus, oculos animumque ad Orientis Ecclesias tum quae cum hac Apostolica Sede, unde unitas sacerdotalis exorta est, copulantur, tum quae sese ab ipsa segregarunt, studiose convertimus, et, Decessorum vestigia persequentes, utrumque habuimus propositum, alteras in pristinam dignitatem restituere, ad fidei unitatem alteras revocare.

Primum igitur Ecclesiae Orientalis negotiis tractandis propriam S. Congregationem constituimus: deinde latinis pariter et graecis, vel dissidentibus, studiorum domum aperuimus, ubi altiore copiosioreque sibi Orientis christiani cognitionem et scientiam compararent. Quam domum Instituti Pontificii titulo decoravimus peculiare ipsius suscipientes patrocinium: eius autem Congregationis Nobismet ipsis Nostrisque successoribus praefecturam reservavimus ideo ut Nostra erga Orientales esset benevolentia testator.

Sed non satis habuimus Ecclesiae Orientalis utilitati in futurum prospicere quo quidem spectat Institutum quod diximus; omnem quoque

operam Nostram opemque pro viribus contulimus ad levandam malorum molem quibus eae gentes, quoad furor belli insedit, laborarent in Russiae finibus, in Balcanis et in ditione Turcarum. Namque hic gentem universam videbamus prope ad internecionem redigi; illic compulsos catervatim domos deserere, sese in montes recipere ibique temporis inclementia et inedia confici; passim Christicolarum coetus dissolvi, sacerdotes eiici in carceresque detrudi, templa, coenobia, scholas, hospitia in profanos usus converti; Ecclesiae denique bona et privatorum diripi ac dissipari. His omnibus malis, quantum in Nostra potestate fuit, mederi, nullo nationis religionisve discrimine, studuimus. Prae ceteris vero sollicitos Nos habebant Armenii itemque Syriae et Libani incolae, utpote quos frequentius deportationibus et fame torqueri atque etiam communiter trucidari videremus.

Quare pro Armeniis universis et pro iis singillatim qui capitis damnati essent, vel utcumque Nostro indigerent auxilio, Ipsi cum Imperatore Othomano saepius egimus, aut illorum sortem vehementer iis principibus commendavimus, quorum apud ipsum magis valere deprecatio videbatur. Ita Nobis, Deo adiuvante, licuit pluribus in locis finem caedibus afferre, nec paucorum quoque necem prohibere. Interea orbitatem miserantes innumerabilium ex Armenia puorum, eis pro facultate subvenimus, altrice domo Constantinopoli constituta.

Quod autem ad Syriam Libanumque pertinet, ad avertendas facinorum atrocitates quae ibi timebantur, atque ut importarentur eo res ad victum necessariae, opem pariter a pluribus Civitatum moderatoribus impetravimus. Brevi ut dicamus, omnibus ex Oriente, quotquot in aerumnis versabantur, quantum auctoritate potuimus et re, praesto esse non cessavimus: in quo egregie admodum, qui Nostram illic personam sustinent, se Nobis probaverunt.

Postquam vero, pactis induciis, bellum conquivit, non tamen eas de Oriente Christiano curas molestiasque deposuimus. Nam ingentes rei politicae et socialis perturbationes, et nationum inter nationes certamina, nimium quantum civilem religiosamque vitae consuetudinem impediunt, maxime in regionibus hucusque Imperio Russico subiectis; ubi publice cum tribueretur

civibus libera potestas religionis, quam vellent, profitendae, tam bona elucebat spes temporum meliorum. In ceteris autem Orientis partibus ea sunt luctuoso spectaculo: sacrae Missiones dissipatae, christianorum multitudines templis et sacerdotibus destitutae, populique inter se de libertate contententes et ad inopiam adducti rerum omnium.

Sed in primis magna Nos sollicitudine afficiunt Sancta Palaestinae Loca ob singularem scilicet eorum dignitatem, qua sunt Christianorum cuique summe venerabilia. Quibus quidem Locis ab infidelium dominatu liberandis quam multam diuturnamque dederunt operam decessores Nostri, quantum laboris et sanguinis, saeculorum decursu, Christiani Occidentales impenderunt! Nunc vero cum ea nuper, ingenti cum laetitia bonorum omnium, rursus in Christianorum potestatem cesserint, summopere nimirum anxii sumus de iis quae in hac re Parisiensi de pace Consilium proxime constituet: nam acerbus profecto Nobis et Christifidelibus, quotquot sunt, inureretur dolor, si infideles in Palaestina meliori potiorque in conditione ponerentur, multoque magis si illa christianae Religionis augustissima monumenta eis traderentur qui christiani non sunt. — Novimus praeterea advenas acatholicos, copiis opibusque abundantes, quas bellum in Palaestina genuit miseras ruinasque plurimas, iis abuti ad suas inibi doctrinas disseminandas. Atqui omnino non ferendum est, ibi tot animas, a catholica fide deficiendo, ruere in interitum ubi Dominus Noster Iesus Christus vitam aeternam eis, profuso sanguine, acquisivit. Tanto igitur in discrimine constituti, tendunt ad Nos dilecti filii manus supplices, nec solum victum vestitumque necessarium implorant, sed rogant etiam ut sacrae sibi missiones aedesque et scholae per Nos restituantur. Nos autem, Nostrorum partium memores certam summam rei destinavimus, amplius libenter daturi nisi Apostolicae Sedis angustiis prohiberemur. Simul vero catholici orbis Episcopos hortaturi sumus, curae sibi habeant nobilissimam causam, et fratrum studium erga Orientales, a maioribus acceptum, velint in suo quisque grege diligenter excitare. Magnopere igitur confisi, quod caput est, divinam benignitatem his coeptis Nostris adfuturam, iam ad Episcoporum cooptationem veniamus.

Poziv sv. očeta za pomoč katoliškim misijonom v Sveti deželi.

Motu proprio de missionibus catholicis Terrae Sanctae iuvandis.

A. A. S. XI, 1919. pag. 108.

Nuper ex Venerabilis Fratris Patriarchae Hierosolymitani litteris cognovimus Palaestinienses Missiones ex direptione quam passae sunt, adeo debilitatas iacere, ut iam nequeant quaesitos diutinis laboribus retinere fructus, nedum proficere posse videantur. Ad haec aliud accedere idemque praecipuum incommodum deploramus: advenas acatholicos ea misera conditione rerum abuti ad suas inibi doctrinas disseminandas: idque, utpote opibus copiisque affluentes, efficere vel incolarum egestati subveniundo, vel, et maxime, scholas instituendo in iis quoque locis ubi nostri sua damna sarcire non possint.

Intelligitis, Venerabiles Fratres, quid in hac re ab hominibus catholicis animarum salus, quid ipsa Terrae Sanctae ratio postulet. Ut enim in Allocutione, quam hesternae die in Consistorio habuimus, dicebamus, omnino non ferendum est ibi tot animas, a catholica fide deficiendo, ruere in interitum, ubi Iesus Christus Dominus Noster vitam aeternam eis profuso sanguine acquisivit. Omnes igitur boni, quacumque ope possunt, his Missionibus auxiliantur oportet ut elidendis acatholicorum conatibus evadant pares. Nos certam summam huic rei destinavimus, amplius libenter daturi, nisi Apostolicae Sedis angustiis prohiberemur. Quod autem ad vos attinet, hortatione Nostra profecto non indigetis, ut earumdem Missionum causam agere apud vestros populos omni studio nitamini. Vobis vero instantibus plurimos confidimus esse responsuros, salva tamen stipe quae, secundum Decessoris Nostri fel. rec. Leonis XIII litteras »Salvatoris ac Domini«, pro Locis Sanctis est corroganda et ad Custodem Terrae Sanctae transmittenda.

Auspiciem caelestium munerum benevolentiaeque Nostrae testem, vobis, Venerabiles Fratres, et Clero populoque vestro apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud sanctum Petrum, die XI martiii, anno MCMXIX, Pontificatus Nostri quinto.

Benedictus PP. XV.

Predstoječe papeževo pismo na vse škofe naj se vernikom prečita in razloži. Čeprav so potrebe v domovini velike in se ordinariat več-

Nedavno smo iz pisma našega častitega brata jeruzalemskega patriarha izvedeli, da so misijoni v Palestini vsled plenjenja tako oslabljeni, da ne morejo več obdržati uspehov, pridobljenih z velikim trudom, še manj pa jim je možno napredovati. Na žalost se je temu pridružila še druga in sicer glavna škoda: priseljeni nekatoličani izrabljajo ta bedni položaj, da razširjajo tam svoje nauke; in to dosegajo s tem, da s svojim obilnim imetjem prebivalcem v bedi pomagajo, zlasti pa, da ustanavljajo šole tudi v onih krajih, kjer naši ne morejo izravnati škode.

Umevate, čč. bratje, kaj zahteva v tem položaju od katoličanov zveličanje duš in ozir na Sveto deželo. Kakor smo namreč v nagovoru v včerajšnjem konzistoriju poudarjali, nikakor ne smemo dopustiti, da bi se vsled odpadanja od katoliške vere pogubljalo toliko duš tam, kjer jim je večno življenje pridobil naš Gospod Jezus Kristus s svojo krvjo. Vsi dobri verniki naj torej kolikor največ morejo, tem misijonom pomagajo, da bodo dovolj močni prizadevanja nekatoličanov preprečiti. V ta namen smo mi že dooločili gotovo vsoto; radevolje bi dali še več, če bi nas ne ovirala stiska apostolske stolice. Kar se Vas tiče, pač ne potrebujete naše spodbude, da se z vso vnemo zavzamete za te misijone pri svojih vernikih. Upamo, da se bodo premnogi odzvali vašim nujnim prošnjam, ne da bi trpeli darovi, ki naj se po naročilu našega prednika blagopokojnega Leona XIII, za svete kraje nabirajo in pošiljajo varihu Svete dežele.

V zagotovilo nebeških milosti in dokaz Naše naklonjenosti podeljujemo polni ljubezni Vam, Vašim duhovnikom in Vašemu ljudstvu apostolski blagoslov.

Dano v Rimu, pri Sv. Petru, dne 11. marca 1919, v petem letu našega papeževanja.

Benedikt XV.

krat obrača na vernike s prošnjami za milodare v potrebah in za koristne namene, ustrezimo vroči prošnji sv. očeta in pomagajmo po

svojih močeh, da se katoliška vera ohrani tam, kjer je živel, delal, trpel in umrl naš Zveličar.

Zato naj se izvrši eno prihodnjih nedelj darovanje v zgoraj označeni namen. Nabrani zneski naj se pošljejo ordinariatu. Dotične poš-

ne položnice naj se zaznamujejo s črkama T. S. (Terra Sancta).

Škofijski ordinariat v Ljubljani, 14. jul. 1919.

† **Anton Bonaventura,**
škof.

62.

Prenehanje posebnih oblasti, podeljenih duhovnikom v času vojne.

Decretum S. Congregationis Consistorialis.

A. A. S. XI, 1919, pag. 74.

Quum atrox bellum, quod plures annos Europam cruentabat, Dei miserentis gratia, finem tandem habuerit, oportet ut, cessante causa, facultates quoque extraordinariae circumscribantur quae sacerdotibus, militaribus copiis addictis, in suum ac militum bonum fuerunt tributae.

Ne autem, in re tam gravi, angustiis et ambiguitatibus pateat locus, SSmus D. N. Benedictus PP. XV censuit expedire ut pressius determinetur quatenus ex praedictis facultatibus cessasse dicendae sint.

Itaque, de mandato SSmi, declaratur natura sua finem habuisse facultates ut supra sacerdotibus factas, quae sequuntur:

1. absolvendi in quibusdam casibus milites generali formula, seu communi absolutione sine praecedenti confessione;

2. absolvendi ab omnibus censuris et casibus reservatis;

3. Missam celebrandi in quocumque loco, etiam sub dio, remoto quidem irreverentiae periculo;

4. bis in die, etiam una hora post meridiem, et in casibus extraordinariis vel non servato ieiunio, Sacrum peragendi;

5. Missas votivas loco propriae a rubricis praescriptae legendi;

6. asservandi SSimum Sacramentum in bellicis navibus et in stativis castrorum valetudinariis;

7. benedicendi unico crucis signo coronas, cruces, numismata cum applicatione indulgentiarum;

8. sese eximendi a recitatione divini officii, ac pariter idem officium in alias pias preces commutandi.

Hisce demptis, reliqua quae attinent ad iurisdictionem Ordinariorum castrensiarum, usque dum eorum ministerium subsistat et servetur, sarta tectaue sunt.

Curae tamen ipsorum Ordinariorum Castrensiarum erit vigilare ut omnia quae pertinent ad sacrae liturgiae observantiam, praesertim in Missae celebratione, a sacerdotibus sibi adhuc subditis adamussim et ex integro servantur.

Officii pariter omnium Ordinariorum locorum erit curare ut sacerdotes in dioecesim e militia reversi ad pristinam perfectamque sacrorum rituum observantiam redeant.

Datum Romae, ex Secretaria S. Congregationis Consistorialis, die 22. februarii 1919.

† **C. Card. De Lai, Ep. Sabinen.,**
Secretarius.

L. † S.

† **V. Sardi, Archiep. Caesarien.,**
Adessor.

63.

Decretum

circa clericorum frequentiam in laicis Universitatibus.

A. A. S. X, 1918, pag. 237.

Nemo de sacro clero laicas Universitatum facultates frequentare potest ibique profana quaevis studia peragere, nisi de Episcopi sui voluntate vel beneplacito. Id ex praescriptis Codicis canonici aperte deducitur. Neve haec dispositio nova est aut primum inducta. Etenim

tum Leo XIII, tum Pius X, f. ambo r., id aperte sanxerunt; alter per »Instructionem« sub die 21. iulii 1896 a Sacra Congregatione EE. et RR. ad Ipsius mentem impertitam, quaeque incipit »Perspectum est Romanos Pontifices«, alter vero in Encyclica »Pascendi« sub die 7. septem-

bris 1907, necnon »Motu Proprio« die 1. septembris 1910, qui incipit »Sacrorum Antistitum«.

Hinc patet totam hanc de frequentandis Universitatibus laicis materiam in Episcoporum iure ac potestate esse positam, nec deesse regulas quibus ipsi in re dirigantur.

Quoniam tamen nonnulli locorum Ordinarii pressiores exquisierint normas, quibus ipsi ex iure procedant, ac maxima caveantur discrimina quae ex diuturna tristisque experientia tam vitae sanctitati quam catholicae doctrinae puritati sacerdotibus laicas Universitates celebrantibus impendunt; Ssmus D. N. Benedictus PP. XV, causa prius rite discussa penes S. C. Consistorialem, de consulto Emmorum eiusdem S. Congregationis Patrum, Decessorum Suorum Leonis XIII et Pii X supra memoratas ordinationes confirmans easque in suo pleno robore permanere declarans, haec insuper edicenda ac statuenda suoque nomine promulganda constituit:

1. Nullus ad laicas Universitatum facultates destinetur nisi sacerdotio iam auctus, quique spem bonam ingerat fore ut sua agendi ratione ecclesiastico ordini honorem tam ingenii vi ac perspicacia, quam sanctitate morum adiiciat.

2. Episcopus in destinando sacerdotes suos ad laicas studiorum Universitates frequentandas nihil aliud prae oculis habeat, nisi quod dioecesis suae necessitas vel utilitas exigit, ut

nempe in Institutis ad iuventutem erudiendam destinatis idonei comparentur magistri.

3. Qui, pro hac norma, ad Universitates laicas frequentandas destinabuntur sacerdotes, si novensiles sunt, ab examinibus, quae in can. 130 et 590 praescripta sunt, minime eximantur, quin potius eadem subire vel strictius iubeantur, ne, profanarum scientiarum studio abrepti, ecclesiastica studia praetereant, contra praescriptum can. 129.

4. Expletis demum in laica quavis Universitate praescriptis studiorum cursibus, sciant sacerdotes ac meminerint se Ordinario suo pari omnino ratione ac antea subiectos ac dioecesis servitio manere mancipatos. Quamobrem nemini fas erit magisteria saecularia aliave officia pro suo lubito, maximeve contra Ordinarii sui voluntatem, suscipere; quod si quis fecerit, congruis poenis, non exclusa suspensione a divinis, plectatur.

5. Haec omnia quae de clero saeculari sunt dicta, religiosos etiam regulares, congrua congruis referendo, sunt applicanda.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 30 aprilis 1918.

† C. Card. De Lai, Episc. Sabinen., Secretarius. L. † S.

† V. Sardi, Archiep. Caesarien., Adressor.

Zopetna možitev vdov po padlih v vojni oziroma pogrešanih.

Ker se vedno ponavljajo vprašanja o zadostnem dokazu smrti v vojni padlih v svrhu zopetne možitve njihovih vdov, se daje župnim uradom sledeče navodilo:

V splošnem veljajo dosedanje določbe glede dokaza smrti soproga. (Glej Aichner, Comp. iur. eccl. § 201. De secundis nuptiis, 1915¹², str. 726 i. d.; Haring, Grundzüge des kathol. Kirchenrechtes, § 143. Das Hindernis des bestehenden Ehebandes, 1916², str. 510 i. d.) — Novi cerkveni zakonik nima posebnih predpisov glede dokaza smrti prvega soproga. Vpoštevati je, da imajo izpričevala svetne oblasti dokazilno moč (kan. 1816, 1814 in 1813.)

Ker je za način, kako je izvršiti dokaz smrti, merodajna inštrukcija C. Inquis. z dne 13. maja 1868, nanovo natisnjena v Acta Apostolicae Sedis II. 1910, str. 199 i. d., naj sledi tu dobesedno:

INSTRUCTIO SUPRAE SACRAE CONGREGATIONIS INQUISITIONIS AD PROBANDUM OBITUM ALICUIUS CONIUGIS.

Matrimonii vinculo duos tantummodo »Christo ita docente, copulari, et coniungi posse, alterutro vero coniuge vita functo, secundas, imo et ultiores nuptias licitas esse, dogmatica Ecclesiae Catholicae doctrina est.«

Verum ad secundas, et ultiores nuptias quod attinet, cum de re agatur, quae difficultatibus, ac fraudibus haud raro est obnoxia, hinc Sancta Sedes sedulo curavit modo Constitutionibus generalibus saepius autem responsis in casibus particularibus datis, ut libertas novas nuptias ineundi ita cuique salva esset, ut praedicta matrimonii unitas in discrimen non adduceretur.

Inde constituta Sacrorum Canonum, quibus, ut quis possit licite ad alia vota transire,

exigitur quod de morte coniugis certo constet, ut cap. »Dominus de secundis nuptiis,« vel quod de ipsa morte recipiatur »certum nuncium« uti cap. »In praesentia: De sponsalibus, et matrimoniis.« Inde etiam ea quae explanatius traduntur in Instructione »Cum alias«, 21. Augusti 1670 a Clemente X. sancita, et in Bullario Romano inserta super examine testium pro matrimoniis contrahendis in Curia Emi Vicarii Urbis, et ceterorum Ordinariorum. Maxime vero quae propius ad rem facientia ibi habentur nn. 12 et 13.

Et haec quidem abunde sufficerent si in eiusmodi causis peragendis, omnimoda, et absoluta certitudo de alterius coniugis obitu haberi semper posset; sed cum id non sinant casuum propemodum infinitae vices (quod sapienter animadversum est in laudata Instructione his verbis. Si tamen huiusmodi testimonia haberi non possunt. Sacra Congregatio non intendit excludere alias probationes, quae de iure communi possunt admitti, dummodo legitimae sint, et sufficientes) sequitur, quod stantibus licet principibus generalibus praestitutis, haud raro casus eveniunt, in quibus Ecclesiasticorum Praesidum iudicia haerere solent in vera iustaque probatione dignoscenda, ac statuenda, imo pro summa illa facilitate, quae aetate nostra facta est remotissimas quasque regiones adeundi, ita ut in omnes fere orbis partes homines divagentur, eiusmodi casuum multitudo adeo succrevit, ut frequentissimi hac de re ad Supremam hanc Congregationem habeantur recursus, non sine porro partium incommodo, quibus inter informationes, atque instructiones, quas pro re nata, ut aiunt, peti, mittique necesse est, plurimum defluit temporis, quin possint ad optata vota convolare.

Quapropter Sacra eadem Congregatio huiusmodi necessitatibus occurrere percipiens, simulque perpendens in dissitis praesertim missionum locis, Ecclesiasticos praesides opportunis destitui subsidiis, quibus ex gravibus difficultatibus extricare se valeant, e re esse censuit, uberiores edere Instructionem, in qua, iis, quae iam tradita sunt, nullo pacto abrogatis, regulae indigentur, quas in eiusmodi casibus haec ipsa S. Congregatio sequi solet, ut illarum ope, vel absque necessitate recursus ad Sanctam Sedem, possint iudicia ferri, vel certe, si recurrendum sit, status quaestionis ita dilucide exponatur ut impediri longiori mora sententia non debeat. Itaque

1. Cum de coniugis morte quaestio instituitur, notandum primo loco, quod argumentum

a sola ipsius absentia quantacumque (licet a legibus civilibus fere ubique admittatur) a Sacris Canonibus minime sufficiens ad iustam probationem habetur. Unde sa. me. Pius VI. ad Archiepiscopum Pragensem die 11. Iulii 1789 rescripit, solam coniugis absentiam, atque omnimodum eiusdem silentium satis argumentum non esse ad mortem comprobendam; ne tum quidem cum edicto regio coniux absens evocatus (idemque porro dicendum est, si per publicas ephemerides id factum sit) nullum suimet indicium dederit. Quod enim non comparuerit, idem ait Pontifex, non magis mors in causa esse potuit, quam eius contumacia.

2. Hinc ad praescriptum eorundem sacrarum Canonum, documentum authenticum obitus diligenti studio exquiri omnino debet; exaratum scilicet e regestis Paroeciae, vel xenodochii vel militiae, vel etiam, si haberi nequeat ab auctoritate ecclesiastica, a Gubernio civili loci in quo, ut supponitur, persona obierit.

3. Porro quandoque hoc documentum haberi nequit; quo casu testium depositionibus supplendum erit. Testes vero duo saltem esse debent, iurati, fide digni, et qui de facto proprio deponent, defunctum cognoverint, ac sint inter se concordantes quoad locum, et causam obitus, aliasque substantiales circumstantias. Qui insuper, si defuncti propinqui sint, aut socii itineris, industriae, vel etiam militiae eo magis plurimi faciendum erit illorum testimonium.

4. Interdum unus tantum testis examinandus reperitur, et licet ab omni iure testimonium unius ad plene probandum non admittatur, attamen ne coniux alias nuptias inire peroptans, vitam coelibem agere cogatur, etiam unius testimonium absolute non respuit Suprema Congregatio in dirimendis huiusmodi casibus, dummodo ille testis recensitis conditionibus sit praeditus, nulli exceptioni obnoxius, ac praeterea eius depositio aliis, gravibusque adminiculis fulciatur; sique alia extrinseca adminicula colligi omnino nequeant, hoc tamen certum sit, nihil in eius testimonio reperiri, quod non sit congruum, atque omnino verisimile.

5. Contigit etiam ut testes omnimoda fide digni testificentur se tempore non suspecto mortem coniugis ex aliorum attestatione audivisse, isti autem vel quia absentes, vel quia obierint, vel aliam ob quamcumque rationabilem causam examinari nequeunt; tunc dicta ex alieno ore, quatenus omnibus aliis in casu concurrentibus circumstantiis, aut saltem urgentioribus respon-

deant, satis esse censetur pro secutae mortis prudenti iudicio.

6. Verum, haud semel experientia comperit habetur, quod nec unus quidem reperiatur testis qualis supra adstruitur. Hoc in casu probatio obitus ex coniecturis, praesumptionibus, indiciis, et adiunctis quibuscumque, sedula certe et admodum cauta investigatione curanda erit, ita nimirum, ut pluribus hic inde collectis, eorumque natura perpensa, prout scilicet urgentiora, vel leviora sunt, seu propiore vel remotiore nexu cum veritate mortis coniunguntur, inde prudentis viri indicium ad eandem mortem affirmandam probabilitate maxima, seu morali certitudine promoveri possit. Quapropter quandam in singulis casibus habeatur ex huiusmodi coniecturis simul coniunctis iusta probatio, id prudenti relinquendum est iudicis arbitrio; heic tamen non abs re erit plures indicare fontes ex quibus illae sive urgentiores, sive etiam leviores colligi, et haberi possint.

7. Itaque in primis illae praesumptiones investigandae erunt quae personam ipsius asserti defuncti respiciunt, quaeque profecto facile haberi poterunt a coniunctis, amicis, vicinis, et quoquo modo notis utriusque coniugis. In quorum examine requiratur ex. gr.:

An ille, de cuius obitu est sermo, bonis moribus imbutus esset; pie, religioseque viveret; uxoremque diligeret; nullam sese occultandi causam haberet; utrum bona stabilia possideret, vel alia a suis propinquis, aut aliunde sperare posset.

An discesserit annuentibus uxore, et coniunctis, quae tunc eius aetas, et valetudo esset.

An aliquando, et quo loco scripserit, et num suam voluntatem quamprimum redeundi aperuerit, aliaeque huius generis indicia coligantur.

Alia ex rerum adiunctis pro varia absentiae causa colligi indicia sic poterunt.

Si ob militiam abierit, a duce militum requiratur quid de eo sciat; utrum alicui pugnae interfuerit; utrum ab hostibus fuerit captus; num castra deseruerit, aut destinationes periculosas habuerit etc.

Si ob militiam abierit, a duce missus fuerit inquiratur, utrum tempore itineris gravia pericula fuerint ipsi superanda: num solus profectus fuerit, vel pluribus comitatus: utrum in regionem ad quam se contulit supervenerint seditiones, bella, fames, et pestilentiae etc. etc.

Si maritimum iter fuerit aggressus sedula investigatio fiat a quo portu dis-

cesserit; quinam fuerint itineris socii; quo se contulerit; quod nomen navis quam conscendit; quis eiusdem navis gubernator; an naufragium fecerit; an societas quae navis cautionem forsandedit, pretium eius solverit; aliaeque circumstantiae, si quae sint, diligenter perpendantur.

8. Fama quoque aliis adiuta adminiculis argumentum de obitu constituit, hisce tamen conditionibus, nimirum: quod a duobus saltem testibus fide dignis et iuratis comprobetur, qui deponant de rationabili causa ipsius famae: an eam acceperint a maiori, et saniorie parte populi, et an ipsi de eadem fama recte sentiant; nec sit dubium illam fuisse concitatam ab illis, in quorum commodum inquiritur.

9. Tandem, si opus fuerit, praetereunda non erit investigatio per publicas ephemerides, datis Directori omnibus necessariis personae indiciis, nisi ob speciales circumstantias saniori, ac prudentiori consilio aliter censeatur.

10. Haec omnia pro opportunitate casuum Sacra haec Congregatio diligenter expendere solet; cumque de re gravissima agatur, cunctis aequa lance librat, atque insuper auditis plurium Theologorum, et iuris prudentum suffragiis, denique suum iudicium pronunciat, an de tali obitu satis constet, et nihil obstat quominus petenti transitus ad alias nuptias concedi possit.

11. Ex his omnibus Ecclesiastici Praesides certam desumere possunt normam quam in huiusmodi iudiciis sequantur. Quod si non obstantibus regulis hucusque notatis res adhuc incerta, et implexa illis videatur, ad Sanctam Sedem recurrere debebunt, actis omnibus cum ipso recursu transmissis, aut saltem diligenter expositis.

1. Kot dokaz smrti pride torej v prvi vrsti v pošteu pravičen smrtni list. Radi tega naj župni uradi opozore vdove, da naj takoj zaprosijo za smrtni list v vojni padlega soproga. Prošnje z natančnimi podatki o smrti, kolikor so znani, naj se pošljejo vojnemu superioratu v Ljubljani ali pa na matični urad bivšega apostolskega vojnega vikariata na Dunaju (Kriegsmatrikenamt bei der 10/VL. Abt. des liquidierenden Kriegsministeriums, VII., Mariahilferstraße 22, Stiftskaserne). V vseh slučajih sicer ne bo dobiti smrtnega lista, ker so se matice deloma poizgubile ali uničile vsled nerednega umikanja v vojni itd. Tudi uradno poročilo pristojnega vojnega kurata (n. pr. službena dopisnica) zadošča.

Kot zadosten dokaz smrti veljajo tudi uradna potrdila poveljstva dotičnega vojaškega oddelka, kjer je rajni služil.

2. Ako sploh ni mogoče dobiti takega izpričevala, naj stranka pri pristojnem sodišču za-prosi za proglas smrti v smislu § 24. obč. drž. zak. Ta proglas smrti naj pa hkrati obsega tudi razsodbo, da se smatra zakon vsled smrti za ločen (§ 9. postave z dne 16. febr. 1883, drž. zak. šte. 20).

Ko je proglašenje smrti civilnopravno izvršeno, naj se dotična razsodba predloži ordinariatu, da se tudi s cerkvene strani izreče razsodba.

3. Dokaz smrti se bo moral v prav mnogih slučajih opirati na izpovedbe prič in na druge gotove okoliščnosti (*coniecturae, praesumptiones, indicia et adiuncta quaecumque*), ki morejo smrt pogrešanega s kolikor večjo verjetnostjo izpričati. Iz instrukcije iz leta 1868. je razvidno, kako je pri tem ravnati.

Na podlagi teh določil se gg. župniki pooblašajo, ko gre za zopetno možitev vdov po padlih v vojni, oziroma pogrešanih soprogi in ni dobiti zadostnega uradnega potrdila o smrti, da vso zadevo preiščejo in o tem sestavijo zapisnik. Stranke naj se pred zaslišanjem vedno zaprisežejo. Kot zapisnikar naj se privzame duhovnik.

Zapisnik naj obsega natančne osebne podatke (rojstva, poroke) vdove in prvega soproga, imena in rojstne podatke otrok.

Nadaljnja vprašanja naj bi se glasila:

1. Ali sta živela s soprogom vedno v slogi in edinosti?
2. Kdaj je odšel soprogo k vojakom?
3. Ali Vam je kaj pisal med vojno, kolikokrat?
4. Kdaj ste dobili zadnje poročilo o njem?
5. Od kdaj se Vaš soprogo pogreša, po kateri bitki?
6. Ali Vam je znano, da se je te bitke udeležil?
7. Kdo Vam je sporočil, da je Vaš soprogo padel? Ali imate pismena sporočila?
8. Ali je bil soprogo kdaj nevarno bolan?
9. Ali morete navesti kaj prič o smrti svojega soproga?
10. Ali imate še kaj drugih podatkov?
11. Ali veste, da bi bil zakon, ki ga name-ravate zdaj skeniti, neveljaven, ako Vaš prvi soprogo še živi?

Zaslišati je treba tudi priče, ki bi jih stranka imenovala, kaj vedo o smrti dotičnika, ali so ga osebno poznale, ali so služile z njim pri isti četi, ali so se udeležile bitke, po kateri se dotičnik pogreša, ali so bile takrat v njegovi bližini, ali mislijo, da je padel, ali da je bil ujet? Kakšne dokaze imajo za svoje trditve?

Zapisnik naj se pravilno zaključi ter pošlje ordinariatu v nadaljnje uradovanje.

65.

Vojaške matice in drugi predmeti bivših vojaških duhovnikov.

Vsled hitrega razpada in bega avstro-ogrske armade v novembru l. l. so prav mnogi vojaški duhovniki večinoma izgubili ne le svojo bogoslužno opravo (vojne kapele), ampak tudi maticne knjige in zvezke iz zadnjih mesecev vojne. Mnogim so bili ti predmeti odvzeti, ali pa so se poizgubili na begu.

Jasno je, kako velika škoda se je s tem pri-zadela svojcem v zadnjih mesecih padlih in umrlih vojakov. Iz vseh pokrajin bivše monar-hije prihajajo prošnje na vojni maticni urad na Dunaju za smrtne liste, ki jih stranke rabijo.

Verjetno pa je, da so mnogi vojaški duhov-niki, ki so poznali važnost matrik, iste rešili in jih shranili pri župnih uradih ali zanesljivih zasebnikih, ali pa jih oddali vojaškim povelj-stvom.

Želeti je torej, da se vse te matice, v ko-likor so še ohranjene, zbero.

V tem zmislu je prosil generalni vojni vika-riat v Zagrebu z dopisom z dne 28. marca 1919, št. 59, da bi župni uradi poizvedeli, se li nahaja v njih področju kaj omenjenih vojaško-duhov-niških predmetov (matrik, vojnih kapel itd.), ter da bi to sporočili vojnemu superioratu v Ljubljani, ki bo nadaljnje potrebno odredil.

Vsled dopisa osrednjega urada za vojaške matrike na Dunaju z dne 26. maja 1919, št. 21.472, se dalje naroča bivšim vojaškim kuratom, da sporoče ordinariatu, kje so pri svojem odhodu shranili, oziroma oddali vojaške matrike svojih čet ali zavodov, ali kaj se je z maticami zgodilo. Sporoče naj tudi, kaj se je zgodilo z vojnimi ka-pelami, ki so jih svoj čas za službo v vojni prejeli.

66.

Zadružna zvonarna.

»Zadružna zvonarna v Ljubljani, zadruga z omejeno zavezo« se je ustanovila in prične takoj svoje poslovanje. Pristopila je kot članica k delniški družbi »Strojne tovarne in livarne v Ljubljani«, ki je lastnica tudi Samassove zvonarne. Člani »Zadružne zvonarne« imajo pri tej posebne ugodnosti.

Cerkvena predstojništva naj blagovolijo pristopiti kot člani k »Zadružni zvonarni« in naj vpošljejo znesek za deležnino. Delež znaša 500 K, pristopnina pa 10 K. Vsak član lahko vzame po več deležev.

V kratkem se razpošljejo pravila in položnice. Člani, ki so že vposlali deleže, ne pa še pristopnine, naj pošljejo po položnici samo pristopnino.

Zvonovi in drugi kovinski izdelki (križi, svečniki) se bodo kolikor mogoče hitro ulivali; umevno pa je, da se naročnikom ne bo moglo takoj ustreči, ampak se bodo morala naročila izvrševati zvrstoma po času naročbe.

Ker je tržna cena tvarine silno spremenljiva, se cena zvonovine ne more naprej določiti, ampak se bo vsakemu naročniku naznanila pri proračunu.

Vsa naročila in dopisi naj se pošiljajo na naslov »Zadružna zvonarna« v Ljubljani, župnišče sv. Jakoba.

V Ljubljani, dne 23. junija 1919.

Zadružna zvonarna.

67.

Nabirka za pogorelce vasi Zagradec v župniji Žalna na Dolenjskem.

Župni urad v Žalni je poslal semkaj poročilo in prošnjo z dne 10. julija 1919, št. 96, ki se glasi:

»Dne 8. julija ob 2. uri popoldne je nastal v vasi Zagradec, žalske župnije, velik požar in uničil skoro vso vas.

Pogorelo je 27 hiš in 58 gospodarskih poslopij. 27 posestnikom je zgorelo vse, dvema sta ostali samo hiši. Pogorele so vse zaloge krme, stelje, drv in ves letošnji že požeti ječmen. Zgorel je večini posestnikov prav ves živč, mnogi si niso rešili niti zaenkrat v usta, niti ene žlice. Pogorelo je nešteto strojev (mlatilnice, slamo-reznice, šivalni stroji itd.). Zgoreli so skoro vsi vozovi in vse orodje. Zgorelo je 8 goved in do 20 prašičev in nešteto perutnine. Do 60 ljudem je zgorela vsa obleka in obutev, razen kar so

imeli na sebi. Mnogim je zgorel poleg vsega drugega še ves denar do zadnjega krajcarja.

Vsa vas je danes v razvalinah, do 200 ljudi brez strehe in popolni berači.

Z ozirom na to veliko nesrečo se obrača podpisani do škof. ordinariata s ponižno prošnjo, da blagovoli razpisati zbirko za ponesrečence in jo vsem duhovnikom in vernikom kar najtopleje priporočiti.

Ta prošnja naj se vernikom z lece oznani, zbirka priporoči in izvede. Nabrani zneski pa naj se čimprej semkaj pošljejo.

Škof. ordinariat v Ljubljani,
dne 15. julija 1919.

† **Anton Bonaventura,**
škof.

68.

Zglaševanje tujih duhovnikov.

Gg. duhovniki iz drugih škofij, ki se name-ravajo v ljubljanski škofiji muditi dalje časa (nad 8 dni), naj se javijo ordinariatu, naznamijo svoje bivališče in predložijo priporočilno izpričevalo (Celebret) svojega ordinarija. Na podlagi tega se jim bo dal za daljše bivanje v ljubljanski škofiji poseben »Celebret«.

Župni uradi naj v danih slučajih dotičnike o tej naredbi obvestijo in na željo tudi posredujejo zglasitev.

Škofijski ordinariat v Ljubljani, dne 15. julija 1919.

Anton Bonaventura, l. r.,
škof.

Zakonske zadeve (oklici in dan poroke).

Spregled oklicev. Prošnje za spregled dveh cerkvenih oklicev so postale silno pogostne. Ta običaj je nastal vsled vojnih porok, ko je bila hitra sklenitev zakona prav pogosto res nujna. Zdaj pa odpade ta razlog.

Zato se župnim uradom naroča, naj zaročencem pojasnijo, da je treba v zmislu cerkvenih predpisov (kan. 1028, § 1) postavnih razlogov za spregled oklicev. Razlogi morajo biti vpoštovanja vredni in zadostno dokazani. Prošnje brez takih razlogov se ne bodo mogle ugodno rešiti.

Pogosto se tudi vlagajo prošnje za dovoljenje poroke na dan, ko sta bila zaročenca enkrat za trikrat cerkveno oklicana. Ker to ni v zmislu cerkvenih predpisov (kan. 1030, § 1), se more to dovoliti le izjemno, v prav nujnih slučajih in iz prav važnih vzrokov, n. pr. nujno, neodložljivo odpotovanje.

Oklici v drugih župnijah razen v župniji, kjer bivata zaročenca. Z ozirom na kan. 1023, § 2 se s tem določa sledeče: Ako sta zaročenca rojena in domačina v župniji, kjer bo poroka, in je

župnik prepričan o njunem samskem stanu in da ni postavnih zadržkov, ni treba oklicev drugod. Ako pa sta zaročenca, oziroma eden izmed njiju, od drugod ter ni mogoče ali z uradnim izpričevalom ali s pričami dokazati samskega stanu, naj se sprejme razodetna prisega.

Glede dneva poroke se z ozirom na kan. 1030, § 1 večkrat stavljajo ordinariatu vprašanja. Da sme biti poroka, preden poteko trije dnevi po oklicih, je razvidno že iz dotičnega kanona samega. Zahteva se *rationabilis causa* za to. O tem naj sodi župnik sam. Radi enotnega postopanja se je v »Škof. Listu« 1918, str. 35 (Po oklicih), naročilo, naj se dekanijska duhovščina o tem dogovori. Da ne bo še nadalje dvomov, se s tem določa, da se sme izvršiti cerkvena poroka takoj drugi dan po oklicih, ako zaročenci navedejo primeren vzrok. Želeti je dalje, da se vsaj v župnijah na deželi ohrani navada, da se izvrši poroka s sv. mašo in prejme nevesta slovesen blagoslov (Syn. Lab. I., str. 35, De nuptiis).

Razne opazke.

Manualne maše v oporokah. Vsled določbe premilostnega gospoda knezoškofa naj se pri zneskih, ki so oporočno voljeni za manualne maše brez določenega števila sv. maš, računa znesek 6 K za eno sv. mašo.

Bratovščina sv. Rešnjega Telesa. Kakor je iz škofijske kronike razvidno, je bil za voditelja te bratovščine imenovan stolni kanonik Alojzij Stroj. Doneski za bratovščino naj se zato odslej pošiljajo naravnost na njegov naslov. Izgotovljeni paramenti se bodo v kratkem razposlali župnim uradom. Da se ne zgodi kaka pomota pri razpošiljanju, naj vsi župni uradi, ki so prosili letos za obdaritev, nemudoma še enkrat sporoče vodstvu bratovščine, kaj so zaprosili. Oblek za ministrante se letos ni moglo izgotoviti. Na prošnje, ki so došle po smrti geñeralnega vikarja Flisa, se letos radi pomanjkanja blaga ni bilo mogoče več ozirati.

Škofijski muzej. Varuh škofijskega muzeja je, kakor znano, g. ravnatelj deželne muzeja, dr. Josip Mantuani. Župnim uradom se naroča, da podpirajo g. ravnatelja pri pregledo-

vanju cerkvenih umetnin, ki se še hranijo pri posameznih cerkvah in niso več v bogoslužni rabi. Predmeti, katere bi odbral za škofijski muzej, naj se pošljejo naravnost ravnateljstvu deželnega muzeja z označbo za škofijski muzej, ali pa ordinariatu.

Vloge na poverjeništvu za uk in bogočastje deželne vlade v Ljubljani v cerkvenih in osebnih duhovniških zadevah je vlagati potom škof. ordinariata. Dopis poverjeništvu za uk in bogočastje z dne 3. junija 1919, št. 1574.

Kolkovanje. Glede kolkovanja so še v veljavi dotični predpisi. Prošnje za podelitev župnij, naslovljene na državne oblasti, je po predpisih kolkovati, prav tako druge prošnje, n. pr. za prispevek za obhajilnega konja, za podporo v bolezni itd. Pripominja se tudi, da se v teh slučajih kolek ne prepíše, ampak se prilepi blizu zgornjega levega roba pole. Na pobotnicah, reverzih, izpričevalih, na dolžnih pismih itd. se prilepi kolek na prvo vrsto teksta in se prepíše z začetnim besedilom spisa. Kolek žigosati n. pr. z župnim pečatom ni dovoljeno.

Nameščenje organistov. Pri namestitvi organista naj se vedno napravi pismena pogodba, da ne bo prepirov in neprilik. Syn. Labacen. II., str. 39.

Gg. duhovnikom. Dne 5. avgusta t. l. se bo končal socialni kurz na Homcu. Nato se bodo udeležniki tečaja, večinoma dijaki, razšli po

Kranjskem v spremstvu Slovencev v skupinah od 5—6 ljudi, da vidijo Slovenijo in socialne ustanove. Potovali bodo peš. Ordinariat je bil naprošen, naj bi gg. duhovnikom priporočil udeležence tečaja, da bi jih po možnosti sprejeli in jim pomagali. Gg. duhovnikom bodi ta zadeva toplo priporočena.

71.

Duhovne vaje za duhovnike.

Glede na objavo v »Škof. Listu« 1919, str. 51, se naznanja, da se bodo vršile skupne duhovne vaje za gg. duhovnike v zavodu sv. Stanislava v Št. Vidu samo enkrat, in sicer v času od 28. julija

do 1. avgusta 1919. Gg. duhovniki, ki so se priglasili za II. skupino, naj sporoče naravnost vodstvu zavoda, ali se bodo vsled tega udeležili duhovnih vaj koncem julija.

72.

Konkurzni razpis.

Razpisujeta se župniji Sv. Planina pri Trbovljah in Žužemberk. Prošnje za ti dve župniji je nasloviti na poverjeništvo za uk in bogočastje v Ljubljani.

Kot zadnji rok za vlaganje prošenj se s tem določi 20. avgust 1919.

73.

Škofijska kronika.

Kanonično umeščeni so bili dne 1. julija 1919: Franc Ferjančič na kanonikat kolegijatega kapitlja v Novem mestu. Valentin Marčič na župnijo Mavčiče, Ivan Noč na župnijo Železniki, Viktor Čadež na župnijo Mekinje; dne 6. julija 1919: Alojzij Stroj na Flachenfeld-Wollwizev kanonikat pri ljubljanski stolnici.

Podeljeni sta župniji: Cerklje pri Krškem Jakobu Žust, župniku pri Sv. Duhu; Vrhnik a Janezu Kete, kaplanu pri Sv. Petru v Ljubljani.

Imenovanja. V zmislu kanona 1359 so bili imenovani: v disciplinarno komisijo za škofijski semeniški stolni kanonik Alojzij Stroj in profesor bogoslovja dr. Franc Ušeničnik, v gospodarsko komisijo pa stolna kanonika Ivan Sušnik in dr. Ferdinand Čekal. — Stolni kanonik Alojzij Stroj je imenovan za voditelja bratovščine sv. Rešnjega Telesa in za začasnega škofijskega predsednika Sodalitatis Ss. Cordis.

Za **župnega upravitelja** v Žužemberku je imenovan kaplan Karel Gnidovec.

Višje redove so prejeli: Vincencij Lovšin (subdiakonat 15. marca, diakonat 9. junija, prezbiterat 14. junija 1919); Ivan V ad nj al, Anton Čep on, Ivan Raztresen, Mihael Planinšek (iz tržaške škofije): subdiakonat 14. junija, diakonat 15. junija, prezbiterat 6. julija 1919.

Konkurzni izpit dne 14. in 15. maja 1919 so delali iz I. polovice: Franc Gabršek, župni upravitelj v Šmihelu pri Žužemberku; Ivan Kogovšek, kaplan pri Sv. Jakobu v Ljubljani; Janko Lobe, kaplan v Toplicah; Franc Lončar, škof. tajnik in kaplan; Franc Nastran, kaplan na Krki; Leopold Turšič, kaplan v Šmihelu pri Novem mestu; — iz II. polovice: Jakob Fatur, župni upravitelj v Radoljici; Jernej Hafner, kaplan v Kranju; Andrej Kajdiž, kaplan v Kranjski gori; Janez Kete, kaplan pri Sv. Petru v Ljubljani; Ludovik Lederhas, katehet in kaplan pri uršulinkah v Škofji Loki; Ivan Platiša, kaplan v Metliki; Karel Rupnik, ekspozit v Konjšici; Matej Vilfan, katehet in kaplan pri uršulinkah v Ljubljani; Valentin Zupančič, uršulinski spiritual v Ljubljani.

Umrli sta: Matej Jereb, zlatomašnik, in župnik v Žužemberku, starosta duhovščine župnik v pokoju, v Spod. Brniku, dne 26. junija ljubljanske škofije, dne 28. junija 1919, v 96. letu 1919; Mihael Tavčar, častni kanonik, dekan starosti. N. v m. p.

Škofijski ordinariat v Ljubljani, dne 16. julija 1919.

Vsebina: 60. Papež Benedikt XV. o vzhodni cerkvi. — 61. Poziv sv. očeta za pomoč katoliškim misijonom v Sveti deželi. — 62. Prenehanje posebnih oblasti, podeljenih duhovnikom v času vojne. — 63. Decretum circa clericorum frequentiam in laicis Universitatibus. — 64. Zopetna možnost vdov po padlih v vojni oziroma pogrešanih. — 65. Vojaške matice in drugi predmeti bivših vojaških duhovnikov. — 66. Zadružna zvonarna. — 67. Nabirka za pogorelce vasi Zagradec v župniji Žalna na Dolenjskem. — 68. Zglaševanje tujih duhovnikov. — 69. Zakonske zadeve (oklici in dan poroke). — 70. Razne opazke. — 71. Duhovne vaje za duhovnike. — 72. Konkurzni razpis. — 73. Škofijska kronika.
